



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXL. De Vastatione territorii Oikaim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus de Feuchtvangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.*

Sed Lesbuto sentiens sibi mortis angustias imminere, non valens se vertere, sed retrò percutiens, cum gladio dicti fratris Henrici digitum amputavit.

ANIMA D V E R S I O N E S

(a) Gersoviæ, habet Kojalovvicz.

(b) Alii habent Jesbuto; alii sesbuto, quod etiam apud Dusburgium nostrum reperitur *supra cap. 234.*

C A P. CCXL.

*De**Vastatione territorii Oikaim.*

Circa festum B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejusdem anni, frater Henricus Zutsvverts prædictus, Commendator de Balga, cum XX. fratribus & mille quingentis viris equitavit versus Castrum Sumgedum, & ordinatis insidiis, fratres de Ragazita cum suis armigeris erecto vexillo processerunt ad dictum Castrum, in quo tunc multi hospites fuerunt, qui ex hoc multum indignati, armatâ manu ipsos hostiliter sequebantur; sed fratres magnam stragam fecissent in eis si minus mature suas infidias non rupissent. Quo facto fratres cum suo Exercitu recentes in quodam loco per tempus aliquod quieverunt, & post multos tractatus habitos, placuit omnibus, quod utique manu vacuâ non redirent. Unde intrantes territorium castris (a) Onkaim, devastarunt illud incendio & rapinâ captis ergo & occisis pluribus hominibus cum magno spolio redierunt, sed quia equites hujus territorii pridie iverunt ad clamorem, quem fratres circa Castrum Junigedam excitaverant, solum pedites sequerantur eos, occupantes viam in quadam sylva, quam fratres celeriter pertransentes in quadam campi planicie ipsos invadentes XII. occiderunt, alii in fugam conversi non audebant postea comparere.

ANI-

*Conradus à Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton,
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.*

ANIMADVERSIO.

(4) Onkam, legit Stryikowski, Schuzius & Jeroschinus. In Durbur-
gio modò legitur Oukajin modò Oykain.

CAP. CCXLI.

*De**Deprædatione terræ Poloniæ.*

Lutuvverus Rex Lethoviæ etiam hoc anno filium suum (4)
Vithenum cum maximo Exercitu misit versus Poloniæ ad
terram Bristensem & post multa damna ibidem facta in occisio-
ne & captione hominum incendio & rapinâ, Casimirus & (6)
Lochoto Duces Poloniæ axii de salute suorum, supplicaverunt
fratri Menekoni Magistro Pruschiæ, pro subsidio; qui cum ma-
gno exercitu veniens, dum dictos infideles inciperet impugna-
re, præfati Duces, cum omnibus suis terga verterunt; quo viso
fratres perterriti, non habentes potentiam resistendi tantæ mul-
titudini, recesserunt etiam, sed non sine magno periculo suo-
rum, quia multi fratres & alii Christi fideles fuerunt graviter
vulnerati, antequam honestè possent à dicto certamine decli-
nare.

ANIMADVERSIONES.

(4) Vitēnes hic, ut referunt Historici Lithvanici, non fuit Regis aut M.
Ducis Lithy. filius; Sed natus est Erogailæ quod est Samogitiæ op-
pidum, ex Parentibus ad Cæsariniū Columnā genus suum re-
ferentibus. Ob egregiam verò Indolem in Troidemi M. Ducis
Lithvanicæ familiam puer assumptus, adolescens munere cubiculi
præfecti, Vir denique dignitate Marschalci ornatus est. Donec
tandem Lauro (Troidemi filio Monasticam vitam agente) auctore,
Magnus Dux creatus est. De Putivero nihil norunt Scriptores
Lithvanici. *Vid. Matth. Strykovsky Ossostevicius lib. IX. Histor.*
Lithvan. cap. IV. pag. 365. Albert. Wijuk Kojalovvicz *part. I. Hist.*
Lithv. lib. V. fin. & lib. VI. in pr. Ego tamen puto Petro Dusbur-

Ss 2

gio,

